



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Theoderici Regis Qvondam Ostrogothorum & Italiae**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadii, 1544**

**VD16 C 4410**

De Conflictibus Theoderici cum Odoacre. Cap. V.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00004354-8**

Italia in satis pacate, cessitq; interim Regi & Herulis ex an-  
 nis prouerbibus pars Tertia frugum omnium, adeoq; per  
 hæc uetus illa Romanorum Italicisq; nominis indoles con-  
 cidit, ut Odoacer ab Herulis, qui in patrio solo remanes-  
 rant, accersitus, quod à Felteo Rugorū rege Danubij a cœ-  
 la, perpetuo incesseretur bello, nihil de urbe Roma aut Ita-  
 lia sollicitus, exercitum dux erit in Felteum, hosteq; inter-  
 fectio, tam ociose sit in Italiam reuersus, quam olim Roma-  
 ni Duces clarissimam aliquā uictoriam adepti cōsueuere.  
 Hæc Sabellicus. Addit Palmerius in Chronicis suis, eum  
 maxima cum præda atq; ingenti captiuorū numero in Ita-  
 liam rediisse. Cassiodorus insuper ait, eum sub Consulatu  
 Placidi, in Dalmatijs Odiuam (Contractus Odiciam uo-  
 cat) uicisse ac peremisse. Quod factū esse affirmat in Quin-  
 to eius in Italia regno. Idem uero Cōtractus addit, Odoac-  
 rem, Phœbam regem Rugorum uicisse atq; cepisse.

DE CONFLICTIBVS  
*Theoderici cum Odoacre. Cap. V.*

**N**on paruo igitur periculo nec modico labore uicit tã  
 bellicosum & potentem Regem in regno ipsius rex  
 Theodericus, cum quo toties & tam cruentis prælijs con-  
 stitgendum fuit. Quatuor enim prælia enumerat breuiter in  
 supradicto de Consulibus libello Cassiodorus. In hæc sane  
 uerba. Probrino & Eusebio Consulibus, foelicissimus atq;  
 fortissimus D. N. Rex Theodericus intrauit Italiam, cui  
 Odonacer ad Sontium pugnam parans, uictus cum tota  
 gente, fugatus est. Eodem anno repetito conflictu Veror-  
 nae uincitur Odonacer. Altero autem anno, Fausto Cons-  
 sule, ad Ducam fluium Odonacrem D. N. Theodericus  
 Rex.

Breuis Præ-  
 liorū cū O-  
 doacre com-  
 missorū Ca-  
 talogus ex  
 Cassiodoro

Rex tercio certamine superauit, qui Rauennam fugiens, obsidetur inclusus. Dehinc Olybrio iuniore Cōsule, Odoacer cum Herulis ēgressus Rauēnam, nocturnis horis ad pōtem Candidium a D. N. rege Theoderico memorabiliter postulata, a Sicilia solita depredatione cessarunt. Eodē anno Zeno occubuit, cui Anastasius in Oriētali successit Imperio, Anastasio autē Aug. & Rufo C O S S. durauit adhuc obsidio. Demum Albino Cōsule, D. N. rex Theodericus Rauennam ingressus, Odonacrem, molientē sibi insidias interemit.

Hæc fusius refert Blondus forliuiensis in prima hystoriarum suarum Decade, In hunc modum. Ingressus Italiā Theodericus ad Sontium Aquileiæ dirutę fluuium, castra communiuit. Eo Odoacer, qui omnes eius motus, anno ante, habuerat exploratos, paratissimū adducens exercitū, sese illi tam propinquus opposuit, ut castra solo amnis alueo sint dirempta. Primus tamen pugnandi copiam fecit Theodericus, & commissum est præliū. In quo post multam cædē, mutuo illatam, superauit Ostrogothus. Odoacer uero ad Padū, cuius uada oppidaq; classe et præsijs cōmuniuerat, delatus, eo in loco, ubi nunc est Ostilia Veronēsum, de fuga substitit. Destitit uero insequi Theodericus, & Veronam ducens, eam deuentibus ciuisibus, breui cepit. In qua præsijs firmata, prædam ubiq; factam, impedimentaque ea ratione constituerat deponere, ut Odoacrem, quoscunq; fugeret, expeditior sequeretur.

Sed Odoacer, copijs breui reparatis, in campos procellosos latissimos, Veronæ subiectos, & copia pugnandi facta, Theodericum lacessiuit. Eduxit item Theodericus, fiducia plenus, & prælio acri Duces fortissimi dimicauerunt. Tamen Odoacer, qui lacessiuerat, ab auxilijs Italorsu

Dd iij Padl

Blondus  
lib. 4.  
Primū præli-  
um apud  
Sontium flu.

Secundum  
apud Vero-  
nam.

Padi accolam desertus, succubuit, atque etiam fugatus, maiorem eorum, qui secum in pugna perseverauerat, partem amisit. Inde Romam petens Odoacer, cum portas occlusas, ciuesq; de moenibus repugnare uidisset, suburbiorum aedificia, agrumque latissimis foedauit incendijs. Romani namq; de Theoderici aduentu, ex Constantinopoli certiores facti, ipsum iam ut Dominum expectabant.

Retardatus  
uictoriae  
cursus.

Qui quidem Theodericus omnibus Italiae transpadanae ciuitatibus oppidisque breui potitus, Mediolani constitit, & exercitu auxilijs aucto, Romam in Odoacrem ducere constituerat. Odoacer, cum comitatibus, quos Romani in urbem munitaque oppida conuexerant, deficientibus, Rauennam se contulit. Et tamen Odoacri populos Italiae pertentanti, consenserunt plurimi. In quibus fuisse signorum suorum apud Ostiliam desertores Padi accolae, a Tusa Flaminiae et Aemyliae Praefecto, magnae autoritatis uiro, in spem maximam premiorum, si uicisset Odoacer, adducti. Id cum exploratum habuisset Theodericus, cursu uictoriae retardato, sese intra Ticinum communiuit. Et post pauca.

Praesidio in ob  
sidione Ra  
uennae.

At Theodericus Ostrogothorum rex, postquam Odoacrem, sese Rauennae uidit continere, animis est auctus, & matre sororibusque ac Ostrogothorum mulieribus, cum impedimentis & imbelli multitudine, in Ticino, cuius urbem moenia arcemque communiuerat, relictis, Rauennam exercitum duxit. Cepit autem ilico omnes prouinciae ciuitates oppidaque, quam primum ea adijt, praeter Ariminum & Cesenam. Odoacrem uero in Rauenna per Triennium obsedit, castris secundum littus ad orientalem plagam, in loco (cui Candiano est nunc, eratque tunc nomen) earatione firmatis, quod postea pariter ad Cesenam castra inde facilliter tutaretur. Fiebant tamen ab obsessis crebrae eruptiones

nes

ries. Quod namque sumpsimus ex Agnello in uita Iohannis  
Episcopi Rauennatis. Theodericus Odoacrem iusta  
acie congregi autum, in patentibus Candiani campis, his  
prælio superauit.

Qua elatus uictoria Theodericus, illico Ariminum Portus  
accessit, eaque urbe breui potitus, Dromones in Arimini  
nensi portu captos, misit ad Rauennatem portum, Bidens  
tis amnis, qui tunc Portellio dicebatur. Nam apud Clase  
sem urbem tunc erat maior portus, omnium Italiae cele  
berrimus. Sunt autem Dromones uerbo Græco nauicu  
læ subductiores, tabulatis undique ad propugnaculi cas  
tellie speciem communitæ. Itaque Theodericus Por  
tellionis ostio Dromonibus clauso, partem copiarum in  
Insulam, quam Bidens amnis, Padusaque, Padus & Ma  
re efficiunt, locauit. Ipse cum cætero exercitu Rauennam  
in circuitu obsedit. Vnde ad tantam rerum penuriam in  
Urbe est deuentum; ut sordidas malignique saporis her  
bas, clausi comedere cogerentur. Qua impulsus difficul  
tate, Odoacer, hortante Episcopo, deditioem fecit.

Ingressus est autem Rauennam Theodericus, Episcopo  
Iohanne cum Clero & Sanctorum reliquijs, obuiam  
procedente. Continuitque se Odoacer ea die & postea in  
Palatio (quod dicebatur Hilauium) Rauennæ tunc in  
signe, sperans quod cum Theoderico solenni federe pa  
ctuserat, aliquam Italiae particulam, sibi & Herulis attri  
bui possidendam. Sed Theodericus missis, qui illum &  
filium Adolescentem, primoresque gentis interficerent,  
Herulorum plebem conseruauit. Breui exinde omni Ita  
lia & post Roma, Theodericus summo Senatus & Popu  
li Romani applausu, est potitus. Hæc Blondus.

De secundo autem prælio, quod prope Veronam factum  
est

Ingressus  
Theoderici  
Regis in  
Rauennam

Verba Pau  
li Diaconi

est

est, aliquanto plenius scribit Paulus Diaconus, In hæc uerba, Exinde Theodericus mouens, cum Veronam uenisset, iterum aduersus eum Odoacer non minori quam prius belli sese apparatu opponit. Contra quem Theodericus, haud procul Veronenam urbe confligens, nimia eius exercitum cedere contriuit, Ipsumque pariter, & omnem illius multitudinem dare terga coegit. Qui dum fugerent se precipites in Athesim fluuium mergunt, ex magna parte rapidissimis eius gurgitibus impliciti, suffocantur, Theodericus uero, dum ipso impetu subsequitur fugientes, Veronam illico, pauore ciuibus consternatis, inuadit.

Verba Sabellici.

Præterea Sabellicus Rauennæ obsidionem aliquanto explicatius describit in hunc modum. Eare (inquit) Ostrogothus audacior factus, impedimentis cum imbelli multitudine ad Ticinum relictis (Communiuerat enim arcem Theodericus & urbem ipsam, cum moenibus, tum ualido præsidio) cum robore copiarum Rauennam profectus, Odoacrem triennio obsedit, estque bis interim iusta acie certatum, atque utroque prælio Odoacer uictus, reductusque ad extremam rerum inopiam, se & urbem Theoderico tradidit, incolumitatem pactus cum porcione aliqua Italiae, sibi suisque popularibus assignanda. Estque foedus inter reges ictum, quod Theodericus irritum habuit. Nam haud multo post quam Rauenna potitus est, Odoacer cum filio & primoribus gentis, per speciem rixæ cum Ostrogothis motus, Theoderici iussu interfectus est. Vereri credo Ostrogothus, nequid Odoacris nomen futuræ quieti officeret, Herulorum gentem circa Augustam prætoriam sub Alpibus, dato illis regulo, collocauit. Omnis Italia post Odoacris cædem, Theoderici Imperio cessit, Hæc Sabellicus.

Verba Procopij.

Procopius quoque eiusdem obsidionis deditioemque mentionem facit, cuius uerba non uidentur hic omittenda, Theodericus

dericus (inquit) in Ravennæ obsidione, cum annum iam Tertium contriuisset, Gothique ipsi diutius hanc obsidendo, tedio ac molestia afficerentur, et Odoacris insuper milites necessariorum rerum urgerentur inopia, Conuentum adinuicem est, Ravennæ Antilitis interuentu, & pacificantis, Theodericus Odoacerque æqua ac simili sorte ea in urbe uiuerent, pariterque potirentur imperio. Quibus conuentis omnibus aliquamdiu utrinque seruatis, Theodericus per causam quæ in se machinatus insidias esset, Odoacrem ad epulas fraudulenter uocatum, cum occidisset, barbaris sibi et hostibus conciliatis quireliqui fuerunt, Gothorum solus et Italiæ censum imperium tenuit. Romani tamen imperatoris nec insignia quidem nec nomen sibi desumpsit, sed quo aduixit, rex est appellatus. Quo nomine, suas Barbari nuncupant duces.

Ex his facile perpendet prudens lector, quantis laboribus, erumnis, curis, periculis, sumptibus, quantoque suorū cruore Italiæ regnum obtinuerit, Odoacrique eripuerit rex Theodericus, qui toties in suorum conspectu, de summa rerum, & de omnium suorum salute discrimen subiit grauissimum ac uere Martium, non leuius sane quam subiit olim aduersus Romanos in Italia Hannibal Poenus, bella tor ille decantatissimus. Quod si rem utrinque propius inspicias, et æqualance expendas, poterit nimirum magis magnanimus atque inuictus uideri Theodericus quam Hannibal. Hic n. non semper uicit ut ille, nec tanta pietatis erga parentes liberosque et uniuersam gentis suæ cognationē cura pectus inter pugnandum pregrauatum habuit hic, quanta ille, Hannibal n. neque talia secum in Italiam adduxit impedimenta, qualia Theodericus, neque tanto indiguit sumptu et cōmeatu quotidiano pro tanta omnis generis sexus et ætatis hominum multitudine, quanto habuit opus Theodericus, qui et pug-

Hannibale  
et Theoderici  
comparatio.

Ec nare

nare et com meatum præparare cogebatur, non solum pro militibus, sicut Hannibal, uerū etiā pro imbelli suorum turba pro p modum infinita, pro tot mulieribus, uirginibusq; quarū uita pudorq; ab unius Ducis inuicta mente dextraque pendebat, et pro tot senibus paruulisque, qui pugnantis exercitus animos angebant, ac pia propinquitatis cura grauabāt.

Magnitudo  
expensarū  
in bello  
Theo. cōtra  
Odoacrem.

Præterea longe facilius poterat Hannibal pecuniam (quæ neruus belli dicitur) ex opulentissima Republica Carthaginensi (cuius inexhaustū erat ærarium) recipere atq; etiam ex socijs ciuitatibus corrogare, quam potuit Theodericus, qui relicta patria omnibus rebus euacuata, neque à barbaris uicinis, cū quibus bella gesserat, neque ab Italis, quibus omnibus dominabatur hostis, ullā petere, ne sperare quidē poterat pecuniam, Quis ergo regum hodie tot annis pro tam numerosa multitudine in Italię finibus sumptus atque com meatum suppeditare posset, atque etiam in Triennale ob sessionem pecuniam machinasque sufficere, nisi patriam intolerabilibus prægrauaret exactioibus? Quanta n. aureorū Milita requiruntur in annuos sumptus pro exercitu XXX. Militū? At sustentauit Rex Theodericus in exercitu suo plus quam CC. aut CCC. buccarum (ut Itali loquuntur) Milita, nō uno tantū anno sed ultra quatuor annos perpetuo, anteq; hostem peruinceret ac debellaret.

The. in bel  
licis laudi  
bus non mi  
nor Hanni  
bale.

Mihi igitur (saluo prudentiorum semper iudicio) nihilominus minor Hannibale in bellicis laudibus uidetur Theodericus iste existimandus, qui certe in reliquis et corporis et animi dotibus atque uirtutibus Hannibale longe laudabilior uere iudicari potest. Etenim Titus Liuius eleganter Hannibalis bellicas commemorat uirtutes, quas et de Theoderico uere affirmare possumus, nempe q; plurimum audacię ad pericula capeßenda, plurimum consilij inter ipsa pericula erat, q; nullo labore aut corpus fatigari aut animus uinci poterat, q; caloris



caloris ac frigoris patientia par, q̄ cibi potioneſque deſyde-  
rio naturali, non uoluptate, modus finitus, q̄ uigiliarum  
ſomniſque nec die nec nocte diſcriminata tempora, id quod  
gerendis rebus ſupperaſſet quieti datum, eaneque molli ſtra-  
to neque ſilentio accerſita, q̄ multi ſæpe militari ſagulo oper-  
tum, humi ſacientem inter cuſtodias ſtationeſque militum  
cõſpexerunt, q̄ uestitus nihil inter æquales excellens, arma  
atque equi conſpiciabantur, q̄ equitum peditumque idem  
longe primus erat, quæ princeps prælium inibat, ultimus con-  
ſerto prælio excedebat.

Cæterum uitia, quæ deinceps de Hannibale ſubiungit idẽ  
Liuſius, de Theoderico uere ſubiungere non poſſumus. Ait Minor in uſ-  
iſs Hanni-  
bale, Theo  
ergo Liuſius. Haſ tantas uiri uirtuteſ ingentia uitia equabãt,  
inhumana crudelitas, perfidia pluſquam punica, nihil ueri,  
nihil ſancti, nullius Dei metus, nullum iuſiurandum, nulla  
religio. Noſ certe ex uniuſ Caſſiodori epiſtolis plurimarum  
Theoderici uirtutuũ exempla præclaraque facta colligere poſ-  
ſumus, quibus nihil horum uitiorũ, quæ Liuſius Hannibali  
tribuit, admixtum fuit.

Sed hic, breuitatiſ gratia, ſufficiat indicaffe, quanto clemẽ Crudelitas  
Hannibaliſ  
in uictos.  
tior in uictos fuerit Theodericus quam Hannibal, Hic ſane  
poſt uictoriã captiuos Romanos coegit (ut Pliniuſ refert)  
dimicare inter ſe, Et unum, qui ſupererat, obiecit Elephan-  
to, pactuſ illum dimitti, ſi beſtiam interemiſſet. Vbi autem il-  
le ſoluſ in harena congreſſuſ, Elephãtum magno pœnorum Pliniuſ libi  
ſ. c. 7.  
dolore conſecit, Hannibal equiteſ miſit, qui abeuntem inter-  
ficerent, Crudelẽ nimirum fuit, adigere captiuos ad inuita  
inuicem Homicidia et in cõcedem mutuam, Crudeliſ-  
ſimum uero, pactum perfide uiolare, et uictorem tam inſig- Clementia  
Theo. in  
uictos.  
nem per equiteſ interficere. Theodericuſ uero, etſi ab omni-  
buſ fere hiſtoricis & Chronographis fraudiſ arguitur, q̄

Ee ij Odoacrem

Odoacrem iussit interfici post inítam inter ipsos concordiam, in reliquos tamen uictos perhumanus et clemens fuisse dinoscitur, Nam & Herulorum genti, constituto eis regulo (ut ait Sabellicus) seu Rege potius (ut alij scribunt) dedit Itali partem circa Augustam pretoriam sub Alpibus, et Italicorum captiuos, quos Burgundionum rex Gundebaldus, subita irruptione transiens Alpibus in praedam abduxerat, per Epiphanium, Episcopum Ticinensem, data ex fisco suo pecunia seu magno (ut scribit Sabellicus) auri pondere redimi curauit. Quorum sane permagnam fuisse multitudinem, uel inde conuincitur, quod Blandus ex Agnello refert, Epiphanium in Burgundiam a Theoderico cum ingenti pecuniarum uel ex publico fisco largitarum missum, multa mortalium milia redemisse, & in patriam reduxisse, suae insuper sanctitatis meritis & singulari prudentia obtinuisse adhuc sex milia captiuorum a rege Burgundionum, quos in gratiam eius liberos dimiserit gratis absque ullo redemptionis precio.

Interfectio  
Odoacris  
an excusari  
queat.

Quod autem Odoacrem facta pace, unquam cum filio adolescentem et aliquot proceribus interfici curauit Theodericus, non laudauerim equidem. Sunt tamen qui factum excusant, quod prior insidias molitus fuerit Odoacer, sicut asserunt Cassiodorus et Contractus, in suis Chronicis, & Sabellicus non odio aut crudelitate sed prouidentia quadam factum existimat, eo quod ueritus fuerit Theodericus, ne quid Odoacris nomen futurae quieti officeret. Non est enim uerisimile, diu pacem perduraturam fuisse inter duos tam strenuos fortesque Reges in unius et eiusdem regni administratione. Haud enim falso ait Ouidius. Non bene conueniunt, nec in una sede morantur Maestas & amor. Et natura rerum docet nos, in uno regno non congruere duos reges, sicut in apibus manifestum est. Quoniam niam nolint entia male gubernari. Pluralitas autem principum mala

Ouidius.

mala est, sit igitur (inquit) Vnus princeps. Scimus & illud  
Lucani.

Lucanus

*Nulla fides regni socijs, omnisque potestas.  
Impatiens consortis erit, nec gentibus ullis  
Credite, nec longe fatorum exempla petantur.  
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

Si ergo duo fratres gemelli, Romulus & Remus, non potuerunt diu simul regnare, Quis miretur, hos duos reges, qui tam diuersi natione, et nulla inter se cognatione aut affinitate coniuncti erant, non potuisse diu in uno consistere regno, p quo tā cruēta et crebra inter sese prelia recenter cōmiserāt.

Quandoquidem in sacris quoq; literis insignereferatur exemplum de duobus fratribus, Iacob & Esau, gemellis Rebeccę (sicut Romulus et Remus Rheę) qui ne in utero quidē matris sue, pacē habuerūt inter sese, sicut elegāter explicat in homelia Chrysostomus. De quibus et propheta Malachias et Paulus Apostolus sublimem attingunt, supra humani ingenij captum, disputationem.

Malach. 1.  
Ro. 9.

*DE SALVTARI AC MO  
derata Regni administratione. Cap. VI.*

**S**ublato itaque Odoacre, Theodericus magno cum omnium Italię populorum, tum præcipue Romanorum de syderio gaudioque uelut legitimus princeps est susceptus. Id quod omnes Historici, qui de eo scripserunt, attestantur, excepto uno, Ottone Episcopo frisingensi, Viro alioqui graui docto & pio, quem puto Zelo quodam fidei Catholicę, et indigna Boetij uiri Clarissimi morte commotum aduersus hūc regem, secta Arrianum & Boetij interfectorem fuisse, ut in  
Ec iij hec

Lucanus